REMIGIUS ALTISSIODORENSIS. AELIUS DONATUS. PRISCIANUS CAESARIENSIS. SERVIUS HONORATUS. GLOSSEN

Anfang 13. Jh. Seite 35r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26554
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sequitur in hoc. Clausulis dinoscuntur genera quia decre
uerunt auctores ut ea nomina que in us. uel in .r. ex
eunt. magis masculino genere pronunciarentur. Ea
uero que in .a. exeunt magis feminina. Sunt preterea
alia sono masculina. intellectu feminina. ut
eunuchus comedia. orestes. tragedia. Eunuchus
sono masculinum est. quia in us. desinit. Que ter
minatio proprie masculino generi adiungitur. Intel
lectu uero femininum. quia cum dico quid legis. et re
spondes michi eunuchum. intelligo fabulam quam teren
tius descripsit de eo quod comedia uocatur. Unde et
supponitur hoc nomen .i. comedia. non explanati
onis causa. sed exempli. Comedia autem dicitur a greco
quod est comos. et ode. Comos. id est grece. uilla latine. ode
cantus dicitur. Inde comedia carmen uillanum uilibus
et inanibus rebus compositum. Orestes masculinum
est sono. quia in es. desinit. intellectu femini
num. quia cum dico oresten lego. intelligis fabu
lam que de eo est scripta apud terentium que tra
gedia uocatur. Tragos dicitur hircus. inde tragedia
est dicta. quia poetis talia carmina componen
tibus hircus dabatur pro beneficio. Unde et tragema
ta dicuntur uilia munuscula. que latine
bellaria uocantur. Fuit autem orestes agamen
nonis et clitimestre filius qui matrem suam inter-
fecit. quia et ipsa patrem suum interfecerat. Cen